NICOLAUS DE LYRA
Österreich (Salzburg), 1457 Seite 155v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ad Colenses

xpi eiusdem ibi Quae cum ita
Ordinem autem fiat diuersitas a
gendo gratias de bona eorum medio
actione 2° orando deuote pro eorum
felici consummatione ibi Deo et
nos Cura primum dicat Gratias
agimus deo et patri domini nostri ihesu
xpi semper pro uobis orantes .1. omnibus
horis ad orandum deputatis
audientes per epafiam ut hec
fidem uestram in ipso ihesu xpo
que est fundamentum spiritualis edi
ficacionis et quia fides sine operibus
mortua est Ad 2° ca° Deo scilicet
et dilectionem quam habetis in sanctos ob
.1. opa caritatis que exercetis
erga omnes fideles et non pro con
modo terreno sed celesti premio
Deo scilicet propter spem ipsi quam audi
stis in uerbo ueritatis euangelii quod
non permittit bona terrena sicut lex
uetus sed celestia ut patet et dicitur
su ipsi quod pueniunt ad nos per
predicationem disciplorum meorum sicut et
in ymnoso mundo est Nam a tpe
apostolorum predicatio fuit euangelii per
orbem totum sicut declaratum plenius
super illud psalmi 18 In omnem terram
exiuit sonus eorum et breuius
replicando super epistolam ad Rom
.10. ca° ubi hec auctoritas allegatur
et fructificat et crescit talis
gentibus sicut in uobis ex sed fructi
ficat ex ea die qua audistis ac
cendo Cetera patent in textu Deo
et nos hic comendat apostolus ondit
se tenuiolum colosensibus orando
pro eorum felici consummatione dicens

Deo et nos ex qua die audiui
mus uestrum bonum principium non ces
samus pro uobis orantes mente
et postulantes ore ut impleamini
agnitione uoluntatis eius .1. ut
plenius diuinam uoluntatem cognos
catis in omni sapientia gratiam ad co
gnitionem rerum ad uitam actiuam
pertinentium et intellectu spirituali
gratiam ad cognitionem spiritualium
et contemplationem in speculabilibus
et opabilibus In omni opere bono
fructificantes .1. de bono in melius
proficientes gratiam ad actiuam et cre
scentes in scientia dei gratiam ad con
templatiuam in omni utilitate secundum
uirtutem et intellectualem consortium
secundum potentiam claritatis eius
hoc addit ad ostendendum quod non
loquitur de utilibus politicis
sed in rebus que dantur a deo cum gratia
et per eam similiter augmentantur hi
omnia pacientia per aduersorum tole
rantiam et longanimitate per
certam premium expectationem Gratias
agentes deo patri qui dignos nos
gentiles et iudeos indifferenter
fecit per gratiam baptismalem
in partem sortis sanctorum in lumine
quia gratia baptismalis dignum
facit hereditate etiam que heredi
tatur dari dei uisione Qui eri
puit nos de potestate tenebrarum
.1. de potestate mundi per mortem
filii sui et transtulit nos in regnum
filii quia eripiendo nos de regno
et potestate diaboli transtulit nos in
regnum filii sui qui regnat hic in